

Ordinamus autem, quod nemo in Rectorem eligatur, nisi sit in Sacerdotio constitutus, et ad minus Artium Magister.

Licebit autem duobus e Sociis facultati Juris Civilis vel Medicinæ, vel cuilibet Artium Humaniorum intendere, quos statuto de sacris ordinibus obligari non volumus.

Cuique Socio, non Officiario, conceditur licentia, si petiverit, se a Collegio per unum annum absentandi; quæ licentia a Rectore et Sociis continuetur, nisi ob causam rationabilem Rectori et majori parti Sociorum approbandam. Si vero licentia se absentandi non concessa fuerit, et ritè præmonitus Socius infra tres menses ad Collegium redire noluerit, puniatur per subtractionem emolumentorum, quantum Rectori et Sociis videatur. Officarii, nempe Rector, Subrector, et Thesaurarius, et Tutores in pleno Termino, sicut rationi consentaneum est, resideant, nisi in negotiis Collegii occupati fuerint, aut aliam rationabilem causam habuerint, per Rectorem et Socios approbandam. Cujus contrarium quicumque fecerit, mulctetur quantum Rectori et Sociis videatur. Ille vero pro absentante habeatur, qui residebit ultra præinctum Universitatis in clausulâ 48 Legis, A.D. 1854 in Parlamento sancitæ, definitum. Conceditur tamen cuilibet per vacationes libera voluntas se absentandi.

*CAP. V.—De duobus magnis Capitulis et certis Modis Scrutinia faciendi in eisdem; et de Modo Eligendi Officiarios.*

Ad Electionem duorum Officiorum, Subrectoris, aliter dicti Correctoris, et Thesaurarii, omnibusque Collegio nostro necessariis communicandis fructuosè et expediendis, duo magna Capitula quolibet anno celebrari volumus. Primum in die sexto Novembris, nisi Dominica fuerit, et tunc in crastino, horâ usitatâ dicantur preces per Rectorem vel per aliquem Sociorum. Deinde, ut Capitula Statutorum nostrorum recentiori teneantur memoriâ, una medietas eorum a juniore præsentante recitetur. Quo facto, eligantur Officarii, Subrector scilicet et Thesaurarius, pro anno sequenti, vel renoventur electi. Quorum electio ita fiet. In eodem Capitulo Rector, et, eo non præsentante, Subrector, et senior Socius præsens, audient vota singulorum, et in quos major pars præsentium, seu illa medietas cui adhæret Rector, voce ipsius Rectoris pro duabus computatâ, ut prius, consenserit, in Subrectorem et Thesaurarium pro anno futuro eligantur; quibus post electionem omnia pertinentia eorum officiis tradantur, ut electi recipiant et eorum officia exequantur sine contradictione aliquâ, sub pœnâ expulsionis a Collegio. In Subrectorem vero ille eligatur e Sociis, qui morum gravitate et sobrietate ad regimen Collegii administrandum aptus videatur; item in Thesaurarium ille e Sociis, qui propter diligentiam, et, si talis reperiri poterit, experientiam in rebus hujusmodi, idoneus ad res pecuniarias Collegii curandas videatur; cauto tamen, quod nullus e Tutoribus ad hoc munus admittatur, nisi ex causâ urgente. Societati proponantur causæ absentationis Rectoris et Sociorum, si qui abesse velint, et licentia se absentandi cuique vel concedatur vel recusetur, prout Rectori et majori parti Sociorum magis expedire videatur. Denique, in hoc Capitulo, Thesaurarius Collegii statum Societati exponat; Rector et Socii videant quid reparationis facium fuerit anno præterito, et quid oporteat fieri anno sequente; de reparatione reddituum et de majoribus Collegii negotiis inter

But we ordain, that no one shall be elected Rector unless he be in Priest's Orders, and at least a Master of Arts.

Two, however, of the Fellows shall be permitted to apply to the Faculty of Civil Law or Medicine, or any Liberal Profession; and we will that these two be not bound by the Statute concerning Holy Orders.

Each Fellow, not being an Officer, may have leave, on his requesting it, to absent himself from College for one year; and this leave shall be continued by the Rector and Fellows, unless for a reasonable cause, to be approved by the Rector and the majority of the Fellows. If leave of absence is refused, and the Fellow, after due warning, fails to return to College within three months, he shall be punished by withdrawal of his emoluments, to such extent as the Rector and Fellows shall determine. The Officers, that is to say, the Rector, Sub-Rector, and Treasurer, and the Tutors, shall reside, as is reasonable, in full Term, unless they are occupied in College business, or have other reasonable cause, to be approved by the Rector and Fellows. Whosoever fails in this, shall be fined to such amount as shall be determined by the Rector and Fellows. All persons shall be regarded as absent who shall reside beyond the precincts of the University, as defined in Clause 48 of the Act of Parliament passed A.D. 1854. Free permission, however, is given to all to be absent in vacation.

*CHAP. 5.—Of the Two great Chapters, and of holding Scrutinies after a certain form in the same; and of the Manner of electing the Officers.*

For the election of two Officers, the Sub-Rector, otherwise called the Corrector, and the Treasurer, and for the useful discussion and settlement of all things necessary for our College, we will that two great Chapters be held every year. First, on the sixth day of November, unless it be Sunday, and in that case on the day following, prayers shall be read at the usual hour by the Rector or one of the Fellows. Then that the Chapters of our Statutes may be better remembered, one half of them shall be read aloud by the junior present. Which having been done, the Officers, that is to say the Sub-Rector and Treasurer, shall be elected or re-elected for the following year. Their election shall be held thus:—In the same Chapter the Rector, and in his absence the Sub-rector and the Senior Fellow present, shall take the votes of the several electors, and those for whom the majority of those present vote, or the moiety with which the Rector sides, the Rector's own vote counting for two as before, shall be elected Sub-Rector and Treasurer for the ensuing year; and after their election all things pertaining to their offices shall be delivered to them, that, being elected, they may accept and execute their offices without any contradiction, under pain of expulsion from the College. That one of the Fellows shall be elected Sub-Rector who by the gravity and sobriety of his character may seem fit to administer the government of the College; also as Treasurer, that one of the Fellows who by his diligence and, if such a person can be found, by his experience in matters of this kind, may seem fit to superintend the pecuniary affairs of the College; provided, however, that no Tutor shall be admitted to this Office except on urgent grounds. The reasons for the absence of the Rector and Fellows, if any desire to be absent, shall be laid before the Society, and leave of absence shall be given or refused in each case as